

rum mediatarum remotiorum ordine lustrabimus. *Quarto* huc quoque referenda *uteri laesa conformatio*: si enim, quod saepe fit, uterus ex laborioso partu in aliquam ventris partem irruat, ut legi meretur apud *Mercatum lib. 4. cap. 8.* quod & *Hippocrates* affirmat *Lib. II. de morb. mul. & 5. Aph. 47.* uterum puerperæ aliquando ad coxendicem aut lateris inanitatem inclinare. *Tandem* memorandus est *vitiosus fœtus positus*; quod si enim fiat, ut embryo ossi sacro validius ac firmitus infideat, ibidem utero macula contrahitur, secundinæ fiunt vitiatae, quæ videntur tenacius adhaerentes & ex parte putridæ & lividæ, certè tunc fortiores sequi post partum dolores, eò in locò molestos satis, multiplici experienciâ edoctus affirmat *Excell. D. Praeses, Patronus & Praceptor meus ad uenam colendus.*

## §. VIII.

Visis iis, quæ p. n. accidere possunt, offerunt se nobis causæ, quas *naturales* dicunt, & quidem *Temperamentum*; quod pituitosum accusare non dubitamus. Cum enim corpus aliquo modo ad ferositates abundantes & vitiosas, imò ipsam cacochymiam inclinet, non difficile est, ut inde varii excrementitii & pravi exsurgant succi, quibus *MSea* deturpatur, & quasi lentorem concipit; quo acquisito, in puerperis lochiorum remora & varia dolorum genera exsurgere possunt. Non injustè item temperamentum *Melancholicum* huc trahi posset, siquidem & suum *ἰσχυρὸν μῆκος* addere valet. Cum enim frigidum & siccum existat, particulæq; ferossæ blandæ deficient, & ad acorem fixitatemq; tendentes reperiantur, sanguis hinc abundans partibus inquinatur; unde fit, quò minus lochiorum flumen crassioribus *ἄσθριβις* que scatens atomis, fluxu consueto excerni, sed subsistere & variorum cruciatuum autor evadere debeat.

## §. IX.

Succedit *Ætas*, quæ tum juvenilis, tum ad senium vergens suo modo concurrat; *Juvenilis* equidem anam doloribus & torminibus hinc præbere valet, tum ob vias arctiores & talismo-

lismo.